

BREVIARIUM PISANÆ HISTORIÆ

Auctius & emendatius nunc primum
prodit ex MSto Lucensi.

di Franc. del Fiorentino

immer e

Inclita Pisanæ pandens primordia Terræ,
Hæc tibi jam planè, breviter quoque curo referre,
Auctoribus dictis firmando singula verè,
Ut possit scriptis quisquis velit illa videre.

sequitur dicit delect.

patrans c. M

bell. c. M

Quid c. M. Gondam c. M.

Fuit quondam apud Græcos, quidam nomine Pelops, pater Atrei, & avus Agamemnonis, & Menelai Regum Græcorum. Hic igitur Pelops civitatem in Græcia condidit, quam ex suo nomine Pelopensem vocavit, ut patet ex Isidoro in XVI. Ethymologiarum. Iste etiam Pelops civitatem Pisanam in Thuscia edificavit, ut clarè refert Solinus de Mirabilibus Mundi cap. de Italia & Partibus ejus; siquidem Græci, duce prædicto Pelope, de Arcadia venientes, & ad litora Pisanorum applicantes, inveniunt portum, & flumina, balnea, & lapidinas, coeperunt habitacula in diversis partibus construere; quædam, ubi hodie dicitur Catallum, quasi inter duo flumina, & prope navigia ipsorum; quædam, ubi hodie dicitur Marmor; quædam apud Balneæ Montis Pisani. Et demum dictus Rex Pelops cum multitudine Græcorum veniens edificavit civitatem prope fluvium, & quia secundum quod ait Servius super Virgilium, dicti Græci venerunt à quadam Arcadiæ Civitate, quæ dicebatur Pisæ, juxta quam fluvius erat, qui Alphæus dictus est, ideo Pisæ in Thuscia primo quidem Alphæa, ut Papias ait, ab illo scilicet fluvio denominata fuit.

De tempore autem, quo edificata fuit, certum est, longo tempore ante Urbem Romanam conditam, adeo quod vix reputo aliquam civitatem reperiri posse, quæ magis ab antiquo constructa fuerit. Quod sic patet, sicut dicit Beatus Augustinus XVIII. Lib. de Civitate Dei. *Æneas Trojanus cum XX. navibus in Italiam venit*, & ibi Regno acquisito tribus Annis regnavit apud civitatem Albanensem, quam idem Æneas & Ascanius ejus filius construxerant. Iste autem Æneæ adventus fuit multum ante Urbem conditam, quod patet per tres vias.

Quarum prima sumitur ex Regibus Italiæ; nam ab Æneæ usque ad Romulum Urbis Romæ fundatorem plures in Italia regnaverunt. Unde Augustinus eos describens in prædicto Libro, subdit, quod Aventinus quidam XII. post Æneam regnavit, deinde Proca, deinde Amulius, deinde Numitor, qui fuit avus Romuli, cujus Numitoris Anno primo Regni condita est Roma; hac per hoc cum Romulo suo deinceps Nepote regnavit. Hæc Augustinus. Et sic patet, quod inter Æneam & Romulum XIV. in Italia regnaverunt Reges.

Secundæ ex Historiis Bibliæ; nam sicut idem Tom. VI.

A Sanctus Doctor in dicto Libro dicit, adventus Æneæ fuit eo tempore, quo Abdon erat Judex in Israël, & regnavit circa tempora Sansonis. Roma autem secundum eundem condita est tempore Achaz Regis. Vide inde, quomodo de tempore ipsorum Regum defluerant Anni CCCLXII. ut idem ait, & per Sacram Scripturam clariùs liquet, eo quod prius fuit tempus Judicum, quam Regum. Patet per hæc, ipsum Æneam venisse ante Urbem conditam Anno 362, & tanto plus, quantum processerat de tempore Judicum.

B Tertiõ sumitur ex tempore destructionis Trojæ, nam ab ejus destructione usque ad Urbem conditam fuerit, sicut dicit Orosius, Anni CCCCLIV., & post destructionem ipsam Anno tertio, vel parum plus, secundum quosdam, Æneas Regnum Latinorum tenuit, sicut dicitur in Historiis Ecclesiasticis super Libro Judicum, & sic Regnum adeptus est ante Urbem conditam circiter Annis CCCCL.

Hoc autem ostenso, sciendum est, quod eo tempore civitas Pisana propter gentium multiplicatam & commoditatem situs, multum creverat, in tantum quod ipsi Æneæ, antequam Regnum prædictum sibi acquireret, mille bellatores in societatem dedit. Et hoc clarè probatur testimonio Virgilii, qui loquitur de prædicto Æneæ, ut in ejus Libro Æneidos. Sed quia quidam dubitare possent, utrum de Pisis Thuscie, an de Pisis Græciæ loquatur, ideo ejus dicta per ordinem referamus, in quibus se loqui dicit de comitantibus Æneam ab oris, sive à Regibus Thuscis, & Thuscie Loca nominat, sicut Clusum, & Cosa, de qua plenè perhibet Servius, quod fuit civitas Thuscie, Populonium, cujus ruinæ, & nomen in litoribus Pisanorum sunt; & demum nominat Pisas, de quibus dicit *Urbs Ethruscæ*, quod est idem, quod Pisæ in Thuscia, ut Isidorus clarè ponit in XV. Ethymologiarum. Versus ergo Virgilii hi sunt in X. Æneidos

*Pandite nunc Elicona Dæ, cantusq; movete,
Quæ manus interea Thuscis comitatur ab oris
Æneam &c. & inferius*

*Sexcentum illi dederat Populonia Mater &c.
& tandem*

*Mille rapit densos acie atq; horrentibus hastis,
Hos parère jubent Alphæa ab origine Pisæ
Urbs Ethruscæ solo &c.*

Hoc auxilium Thuscie datum Æneæ altius repetamus.

Cum Æneas ab Evandro discessisset, cogitans

M 2

tans

sic c. M. inde

cum igitur

tempus

CCCLXII

via x c. M

adaptatus c. M

clarus c. M

probatur c.

testimonio c. M. satis patet

deest c.

M. lora, in marg. core

ia c. M. ruit c. M

qui continentur

6 hexam.

5 hexam.

hoc - constructa est

deest c.

via sumitur

grendace c. M

Es c. M

man c. semper

duodecim

arus c. M

mimitorie c. M